

Universitätsbibliothek Paderborn

**Bibliotheca Scriptorvm Sacri Ordinis Cisterciensis Elogiis
Plurimorvm Maxime Illvstrivm Adornata**

Visch, Charles de

Coloniæ Agrippinæ, 1656

Capvt XVII. Solutio Christianorum ad prædicta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38433

peccet, nec infans cuius est vita vnius diei super terram, Si verum est quod David testatur: (a) Omnis homo mendax; & alibi: (b) non iustificabitur in confessione eius, omnis homo viuens; plusquam homo est, qui peccatum non fecit. Dicitus est Christus Emmanuel, id est, nobiscum Deus, hoc est, Deus manens in natura nostra.

CAPUT XVI.

Quibus authoritatibus muniti, dicunt, Christum non esse conceptum de Virgine.

Conantur etiam praedicti assertere, Christum non esse conceptum de Virgine. Ait enim authoritas: (c) Rorate celi desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Salutarem. Quid per terram significatur, nisi Maria Mater Christi? qua est huius terrae apertio, nisi Mariae desfloratio? In Ezechiele etiam legitur, (d) quod clausa porta aperietur Principi. Quid per Principem intelligitur, nisi Christus, Filius Ioseph? Et de ipso Christo, mater eius ait: (e) Ego & Pater tuus dolentes quarebamus te. Præterea, quomodo potest aliqua concipere vel parere, nisi viro cognitus? Vbi autem Christiani dicunt, ecce virgo concipiet & pariet Filium, textus Hebreus non habet, Virgo, sed potius, abscondita, vel occulta.

CAPUT XVII.

Solutio Christianorum ad prædicta.

His authoritatibus respondendo dicimus, quod per apertiem non intelligitur defloratio, vel libidinis fæditas, sed conceptionis secunditas: aperta fuisse dicitur quantum ad Christi ingressum, non aperta per virum, sed sicut fenestra vitrea dicitur aperiti radio Solis,

Bibliothec. Ord. Cisterc.

(a) Psal. 115. (b) Psal. 142. v. 2. (c) Isaie 45. 8. (d) Ezech. 44. (e) Luca 2. 48. (f) Isaie. 7. (g) Isaie. 7.

Mpræ.

non per tracturam vel per divisionem aliquam, sed quia radius eam intrat secundum sui subtilitatem naturæ. Hoc modo, imo subtiliori, dicitur porta clausa aperta esse Principi, quia Christus uterum Virginis, per virginitatem clausum, intravit ineffabili modo. Christus autem dicitur fuisse Filius Ioseph, quantum ad hominum opinionem, & quantum ad educationem. Secundum quam acceptiōē illi qui alios nutriunt, eorum Patres dicuntur. Verum est, quod sine cognitione viri lege naturæ nulla potest concipere vel parere, sed in miraculis non est quærenda lex naturæ. Illud autem quod Iudei negant scriptum esse in Isaia, f) Ecce virgo concipiet & pariet, &c. Septuaginta interpres, viriside & scientiā approbati, ita interpretatisunt, & ita interpretari voluit ipse Propheta, dicendo, & scribendo, ecce, abscondita, dicunt, concipiet, & pariet Filium, sed si communī sensu abscondita, id est, domi reclusa intelligitur, & nihil aliud, quid mirum, quid nouum, in eo concepti, & eius mysterij signum esse voluit cum ait: (g) Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum, ecce abscondita concipiet, &c. Hæc igitur nisi subtilius intelligantur, puerili omnino sensu & ipsani dicta esse a Propheta considerantur; quod quia credi & dici absurdum est, sensus est: abscondita, id est, ab amore virili & omni contagione peccati conservata, concipiet. In Syro etiam idiomate, quod affine est Hebraico, Alma interpretatur, virgo, & vbi habemus, virgo, in Hebreo habetur, alma.

CAPUT XVIII.

Quibus authoritatibus & rationibus probatur quod B.
Virgo manens intacta, Christum concepit.

Quod autem gloria virgo manens virgo concepit, & sine virili semine, multiplex in-

Hhh

singuat